



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre  
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

**Petrus <Comestor>**

**Argentine, 1503**

**VD16 P 1829**

De duob[us] cherubin. ca. xj.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30892**

## Regum tertii

cubitorum, videt falsum esse quia tanta erat latitudo templi, ergo ab oriente non erat murus? Sed in regum est determinatio ubi dicitur: Ostium duplex erat et se invicem tenens aperiebatur. Erat quippe latitudo muri decem cubitorum, aliter in se: et apertura in qua erant fores similititer decem et ita in muro orientali aliter in se supererat quinque cubiti. In apertura vero erant quattuor fores: due extrinsecus et due intrinsecus: quarum unaqueque habebat latitudinem quinque cubitorum. Et erant sic artificiose compositae ut clausae quasi continuu parietem facerent intus et extra. Aperte sibi in medio spissitudinis muri obuiabatur: et totam eius latitudinem tenebant. Et sic artificiose sibi adhibebatur: ut quando clauderentur exteriores: clauderentur et simul interiores. Nullum enim in templo noscitur remanebat qui clauderet eas intus. Cum aperiebantur exteriores: aperiebantur etiam simul interiores. propterea dictum est: Ostium duplex erat et se invicem tenens aperiebatur. Porro in pariete oraculi fecit duo ostia de lignis oliuay: et postes angulorum quinque ut in quinto angulo medio cardines affixi starent circa quos ostia la mouebantur et erant in ostio anaglyphis cherubin et palme. Quidam tamen dicunt postes angulorum quinque subaudivi cubitorum erant. In oraculo autem erat arca et propitiatorium et cherubin qui fecerat moyses in deserto.

Nota duplicem esse opinionem de ostiis illis. Dicit enim quidam in utraque parte introitus: qui erat decem cubitorum: ostium unum fuisse: quorum utrumque habebat sibi continuum ostium: ut videtur in fenestris quibusdam: et tamen ipsum quod annexum sibi erat quinque cubitorum: et ita ex utraque parte erant quasi valvae: quarum utraque decem cubitos habebat: ut eis apertis aliter in se cooperiret latitudinem: vel post spissitudinem muri. Et quasi continuus paries muri apparebat. Quando vero clauderentur: replicabantur illa duo aliter in se annexa. Alia opinio est ut aliter in se angulis ipsius muri fuerint duo ostia ita quod quilibet quattuor angulorum suum haberet ostium unum quodque hoc cubitum: et dum clauderentur duo exteriores: arte quadam clauderentur interiores. Utrique istorum potest applicari littera Plinius tamen sequenti.

De duobus cherubin, Ca. XI.

## Ecce autem salo

f mon duos cherubin de lignis oliuay decem cubitorum altitudinis: stantes super pavementum in lateribus arce et habentes pedes obliquatos: quasi ad ambulandum elenatos opertos auro purissimo: habentes alas aureas: singulas quinque cubitorum: quarum due extendebantur super arcem: tegentes sanctuarium infra se positum. Alas autem duas extendebant aliter in se ad parietes: ita ut ala unius tangeret parietem et ala alterius parietem alterius. Porro extra parietem in sancta posuit mensam ad aquilonem, et candelabrum ad austrum. Inter quod medium erat altare aureum quod fecerat moyses in deserto. Sed propter illud candelabrum posuit aliam candelabrum auream eiusdem schematis: sed maioris quantitatatis, videlicet hinc et inde. Similiter cum mensam fecerat moyses: posuit alias decem mensas eiusdem schematis: sed maioris quantitatatis, quinque hinc et quinque inde. Inter hec autem posuit altare tymiamatis: et vestiuit illud cedro quod etiam dicitur altare oraculi. id est coram oraculo. Per hoc intelligitur fuisse aliud altare quod edificauit moyses. Illud enim erat de lignis sebum circumtectum ex omni parte auro. Illud autem vestitum erat cedro. Proinde intelligitur hoc altare fuisse de lapidibus quos ferrus non tetigit, et erat opertum per circuitum tabulis cedrinis. Sed et ille opte erant ex omni parte laminis aureis: cuius quantitate non meminit me legisse. Illud vero modicum altare quod fecerat moyses in deserto forte repositum erat in sancta sanctorum non ad usum quotidiano tymiamatis. sed ad aliquos usus singulares: quoniam semel in anno ingrediebatur sacerdos cum sanguine. Hoc autem inde potest perpendi: quia dicit apostolus: in sancta sanctorum fuisse aureum thuribulum: et hic erat ornatus templi in introitu.

De porticu

Ca. XII

## De facie vero templi

plum erat porticus quod in euangelio dicitur vestibulum templi, habens columnas ereas in longitudine sui dispositas. In medio quarum erant due mirabiles ceteris posite ante fores templi, habentes in medio sui spatium decem cubitorum secundum latitudinem.